



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 31. S. Dominicus duos mortuos ad vitam suscitatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

starent. Tum, cunctis illius domus claustris ereptis, eas nec cuiquam hominum confabulari, nec ad aedes parentum suorum sine testibus icitare concessit.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1219.

§. XXXI.

*S. Dominicus duos mortuos ad vitam suscitatur.*

Tempore quo Domus S. Sixti reparabatur, ut Monialium usui apta fieret, Dominico quadam die ad S. Marcum concionante, Matrona Romana, cui nomen *Gutta-Done*, sancto Viro maxime devota, ut ad populum dicentem auscultare posset, infantem ægrotum relinquit. Domum deinde reversa, mortuum invenit, & presso dolore, ancillis se sequi iussit, filium exanimem ad S. Sixtum, ubi Dominicus adhucdum commorabatur, defert. Aperta erat Domus, videlicet euntibus & redeuntibus operariis patens, & afflicta mater Virum sanctum habuit ante portam Capituli, quasi alius adventum præstolantem. Tum, infante ad ejus pedes deposito, ipsa in terram prostrata inter calentes lacrymas rogat, ut sibi filium redderet. Dominicus tenerrima commiseratione tactus, paulisper secedit, in terram se demittit, & brevi oratione peracta, accedit, Crucis signo defunctum munit, ejusque manu

*ibid. c. 3.*

Sæcul. XIII. nu prehensa sanum & incolumem pu-  
 A.C. 1219. rum matri tradit, addito præcepto, ne  
 ulli mortalium arcanum aperiret.

At mulier, tanti gaudii non potens, miraculum haud siluit; quod ubi ad aures Papæ pervenit, exultans, quod Deus sua ætate tam prodigiose Graciam suam manifestasset, constituit præcipere, ut res hæc toti populo ex cathedra Ecclesiæ promulgaretur. Sed obsticit Dominicus, prolixè affirmans, si factum istud vulgaretur, se mare trajecturum, & nunquam amplius ad Italiæ litora rediturum. Ergo Pontifex mandata retractavit; exinde autem benevolentia, qua Dominicum prosequabatur, & Cardinalium in eum veneratio plurimum aucta est. Quare eorum exemplum secuti ceteri omnes, summi infimique, Dominicum ut Angelum de cœlo intuebantur, quocumque iret comitabantur, beatos se credebant, si ejus manum contingere liceret, & multo magis, si aliquid illarum rerum, quæ S. Viro usui fuissent, sibi servare. Hinc etiam est, quod ejus cultores tot particulas de ejus cucullo & toga pio furto abstulerint, ut ea vix infra genua dependeret. Ad Fratres vero id facientibus obsistentes dicere solebat: *Sinite eos devotioni suæ satisfacere*, lætus quod vestem gereret nimis curtam, quæ aliis risum moveret, & parceret sui

contemptum. Tunc temporis viri quin-  
 que, ex primis Dominici Sociis illustri-  
 simi, Tancredus, Otto, Gregorius &  
 Henricus cum eo versabantur. Cete-  
 rum, dum ædes S. Sixti perficiuntur, i-  
 pse iterum quemdam lapidarium, in cel-  
 la subterranea fornicis ruina oppressum,  
 ad vitam revocavit.

§. XXXII.

*Resurrectio Napoleonis.*

Quadam die S. Dominico negotio  
 Translationis Monialium cum tri-  
 bus Cardinalibus, sibi a Papa junctis, va-  
 cante, vir, flebili habitu, capillos avel-  
 lens & horrendum vociferans, Capitu-  
 lum, in quo illi sedebant, Abbatissa &  
 puellis Religiosis præsentibus, intrat.  
 Interrogantibus, quid vellet, *Heu!* in-  
 quit, *Cardinalis Stephani nepos, de equo*  
*lapsus, modo extinctus est.* Erat ei  
 nomen Napoleon, quem juvenili teme-  
 ritate subdentem calcaria equus excus-  
 serat. Audito tristi nuncio, Cardina-  
 lis ejus propinquus, linquente animo, cor-  
 ruit, capite in S. Dominicum inclina-  
 to. Illico asportatur a suis, cui Vir san-  
 ctus Aquam benedictam asperxit. Tunc  
 vero Frater Tancredus, vir caritate &  
 zelo eximius, postea Romæ Prior, ad  
 Dominicum conversus, *Pater mi,* in-  
 quit, *cur modo caritas tua in proxi-*

*Theod. II.*  
*c. 6.*  
*Jord. MS.*  
*c. 55.*

M m 5 *mm,*